

www.e-rara.ch

Band 5

Divi Hieronymi presbyteri in secundum librum commentariorum ad Ephesios ad Paulum et Eustochium proemium

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

**DIUI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM COM
MENTARIORVM AD EPHESIOS AD PAVLAM ET
EVSTOCHIVM PROEMIVM.**

A



Secundum orationibus uestris o Paula & Eustochium ad Ephesios aggredimur li-
brum: noua quoq; Romam munuscula transmissuri. Non quo hæc dignet legere
doctorū senatus, & Bibliothecis ueterū ascribere: sed quo sancta Marcella id ipsum
fieri per epistolas flagitet. Cuius ego quotiescūq; studiū, ingenij, laboris, recor-
dor: totiens me damno inertia, qui in monasterij solitudine constitutus: & illud præsepe contra
uidens, in quo uagientē paruulū festini adorauere pastores, id facere nō possum qđ mulier no-
bilis inter strepentem familiam & procurationē domus explet operis succisiuis. Quapropter &
illam & uos, & si qui forte lecturi sunt, in cōmune precor: ut sciatis me nō cogitatū diu limatūq;
proferre sermonē: sed ad reuelanda mysteria scripturarū, uti uerbis pene de triuio: & interdū per
singulos dies usq; ad numerum mille uersuum peruenire: ut cœpta in Apostolū explanatio,
ipsius Pauli, cuius epistolas conamur exponere, orationibus compleatur.

C

**COMMENTARIORVM HIERONYMI
IN EPISTOLAM AD EPHESIOS
LIBER SECVNDVS.**



Huius rei gratia ego paulus uinctus iesu chri/
sti p vobis gentibus etc. Quantū ad conse/
quentiā

sermo/
nis tex/
tumq; eloquij perti/
net: ad id qđ premi/
sit: Huius rei gratia ego
Paulus uinctus iesu
christi p uobis genti/
bus, diligētissime per
quirentes: nihil qđ ei
reddiderit, potuim⁹
inuenire. Neq; enim
dixit: huius rei gratia
ego, Paulus hoc uel
hoc feci, uel illud & il
lud docui: sed suspen
sa manente sententia,
trāgressus ad alia est.



Huius rei gratia ego paulus
uinctus Iesu christi pro uobis gentibus: si
tamen audistis dispensationē gratiæ dei,
quæ data est mihi in uobis. Quoniā scđm
reuelationē cognitū factum est mihi mysterium, sicut
præscripsi in modico: prout potestis legētes intelligere,
sensum meum in mysterio christi. Et alijs generatiōi-
bus nō fuit notum filijs hominū, sicut nunc reuelatū est
sanctis ei⁹ apostolis & pphetis in spiritu, esse gētes co/
hæredes, & cōcorporales, & cōparticipes pmissionis in
christo

liuoli criminant, sed magis apfi assertores sumus: qđ he
braus ex hebrais, absq; rhetorici nitore sermonis, & uer/
borū cōpositione, & eloquij uenustate, nunq; ad fidem
christi totū mundū transducere ualuisse, nisi euāgelicaf
set eum nō in sapiētia uerbi, sed in yrtute dei. Nā & ipse ad

Corinthios ait: Et ego
cum uenissē ad uos
fratres: ueni nō in emi
nētia ybi aut sapiētiæ
annūciās uobis testi/
moniū dei. Et rurū:
Et ybū meū & prædi/
catio mea, nō in suaso
rijs sapiētiæ ybis, sed
in ostensione spūs &
yrtutis: ut fides uestra
non sit in sapiētia ho
minū, sed in uirtute
dei. Iste igit qui soloe
cismos in ybis facit:
qui nō pōt hyperba/
ton reddere, senten/
tiamq; cōcludere: au

1. Cor. 2. a

Ibidem

D

dacter sibi uendicat sapiētiā: & dicit: Qm scđm reuela/
tionē cognitū est mihi mysteriū: sicut præscripsi in modi
co. Vere em si qs superiora hui⁹ ep̃læ cōtēplet, uidebit et
reuelata mysteria: qđ partē quādā modicā suo sermone
perstrinxit: nō tā totū qđ nouerat pferēs, quā ostendens
ex modico quid taceret. Prout potestis (inquit) legentes
intelligere sensum meū siue sapiētiā in mysterio christi.
Hoc est illud qđ in præfatiōe dixim⁹: nullā ep̃larū Pau/
li tāta habere mysteria, tā recōditis sensib⁹ inuolutā: qđ &
Ap̃lus nosse se gloriā: & nobis indicatos breuiter osten/
dit: ut attētius quæ sunt scripta, relegam⁹. b Et alijs
generatiōib⁹ nō fuit notū etc. Mysteriū christi qđ ex par/
te supra Ap̃lus executus est: quō alijs generatiōib⁹ fue
rit ignotū, pleni⁹ retractandū uidet: utrū ne Abrahā, Ia/
cob, & Moyses, Esaias & ceteri pphetæ illud ignorauerint
an nō: A quib⁹ esse prædictū aduētū christi & uocationē
gētū, scriptura cōmemorat. Abrahā quippe uidit diem
eius & lætatus est, & dicit ei: Bñdicent in semine tuo oēs
gētes. Et iacob de eo qui oriūdu esset ex luda ppheticē
loquit: Et ipse erit expectatio gētū. Moyses qđ maiores
diuitias ægypti thesauris, opprobriū Christi arbitratus
est. Et Esaias: Ecce (inquit) uirgo in utero cōcipiet: & pa/
riet. Et alibi: Erit uirga lesse: & qui surget ad regnandum
gentibus in ipso gentes sperabūt. Et ne longum fiat, pau
ca de psalmis dixisse sufficiat: Et adorabunt in cōspectu
eius omnes familiæ gentium. Et iterum: Omnes gentes
seruient ei. Et adhuc manifestius de populo israel, & de
dño saluatore: Visita uineā istam: & perlice eā quā plan/
tauit dextera tua: & sup filiū quē cōfirmasti tibi. Cui⁹ etiā

Io. 8. g

Gen. 22. d

Gen. 4. 9. b

Esa. 7. c

Ibidem. 11. a

ps. 21. f

Ibidem. 71. c

Ibidem. 79. c

8 4 corporis

1. Cor. 11. b

Nisi forte ignoscētes ei, qđ & ipse cōfessus est dicens: Et si
imperitus sermone, nō tñ sciētia: sensuū magis in eo quæ
ramus ordinē qđ yborū. Qui sic reddi pōt: huius rei gra
tia ego Paulus uinctus christi iesu, & uinctus p uobis q
estis ex gentib⁹, cognoui mysteriū: ut uobis qđ illud tra
derem: sicut in hac eadē ep̃lā ante paululū sum locutus.
Debetis autē audire dispēlationē gratiæ dei quæ data est
mihi in uobis q estis ex gentib⁹, p quib⁹ & uinctus sum
iesu christi. Vinctū autē iesu christi Paulū esse, p gētib⁹,
pōt & de martyrio intelligi: qđ Romæ in uincula conie/
ctus, hanc ep̃lā miserit eo tpe quo ad Philemonē, & ad
Colossenses, & ad Philippenes in alio loco scriptas esse
mōstrauim⁹. Vel certe quia in plurib⁹ locis lectū est, uin
culum animæ corp⁹ hoc dici: qđ qsi clausa teneat in carce
re: Dicim⁹, ppterea Paulū corpis nexib⁹ coerceri, nec re/
uerti & Ale cū christo: ut pfecta in gentes p eum prædica
tio cōpleat: licet quidā aliū sensum in hoc loco introdu/
cant, qđ Paulus prædestinatus & sanctificatus ex utero
matris suæ, ad prædicationē gētū anteq; nascere, postea
uincula carnis acceperit. Puto autē qđ & uitiosa in hoc lo
co elocutio sit. Pro eo em qđ debuit dicere: huius rei grā
ego Paulus uinctus iesu christi p uobis gētib⁹ cognoui
mysteriū: sicut & præscripsi in modico, put potestis legē/
tes intelligere: ait: hui⁹ rei grā ego Paulus uinctus scđm
reuelationē, cognitū factum est mihi mysteriū, & reliq;. Si
yo qs pōt etiā iuxta sermonis & eloquij contextū docere
Ap̃lm fuisse pfectū: & in artis grāmaticæ uitia non incur
risse: ille potius auscultandus est. Nos qñenscūq; soloe/
cismos aut tale qđ annotam⁹: nō Ap̃lm pulsam⁹, ut ma/
i